



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

5. Martij. Prudentiæ tuæ statuendum relinquo, præstetné terrenis omnibus nunc illud opponere: Quid prodest homini? an verò postea brevi frustra ejulare: Quid profuit? S. Ignat. vitæ l. 2. n. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Confunde famam, aliter, ac illa vulgar,  
age.

5. Martij.

*Prudentia tua statuendum relinquo, praestétne terrenis omnibus nunc illud opponere: Quid prodest homini? an verò postea brevi frustra ejulare: Quid profuit? S. Ignat. vitæ l. 2. v. 2.*

**A** Mantur flores, dum vernant, sed  
quàm breve tempus est! ubi exarescunt, abjiciuntur. Sic omnia terræ bona, dum sunt, quàm breve hoc momentum! delectant; illicò transeunt, & usu ipso fastidiuntur.

Dum opibus aut deliciis frueris, te crede somniare, discusso somno, nihil inventurus in manu, & quid hoc somnium? & quamdiu prodest?

Omnis gradus felicitatis, ad quem aspirare potes, fugacia secum trahit gaudia; splendidè levaris cum pyrobolo, sed momentum expecta, nihil supererit, nisi fumus, & hunc captare, quid prodest?

Nihil prodesse crede, nisi, quod æternum prodest, quod ad beatam æternitatem comparandam conducit; obest autem  
tem

rem gravissimè, quod huic impedimentum  
ponit.

6. Martij.

*Qui mundum contempfit, statua similem  
oportet, qua nec lacernâ indui recusat,  
nec purpurâ, quâ prius ornabatur, detur  
Etat spoliari. S. Ignat. ap. Lancic.*

**L**ocupletibus feliciorum esse præstat  
quàm locupletem, nec id admodum  
difficile: si sciamus, nihil desiderare,  
sola pauperem faciunt desideria.

Miseros nos facimus superfluarum  
rum sollicitudinibus, & tenuioris fortunæ  
impatentiâ, quam si ferre vellemus, mi-  
riæ omnes evanescerent. Non censu co-  
stat felicitas.

Præstat dominum esse fortunæ, quàm  
servum. Dominatur; qui novit ejus do-  
contemnere. Servit, qui expetit. Morbus  
apud multos incurabilis, quibus per afflic-  
entium omnium non desunt vota. Scilicet  
hydropici sitis nunquam satiatur.

Usus rerum necessitas definiat, non  
aviditas. Modicum est, quo egemus, quid  
superflua curas extendimus? Beatior est  
rus sorte suâ contentus, quàm Cræsus pluri-  
ra desiderans.

7. Ma